



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Qua ratione hanc inducere potuit Concilium? paragrapho 1.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

TRACTATUS SEXTVS DE SOLENNITATIBVS CONTRACTVS MATRIMONII.

CAPUT I.

CAPUT II.

Quenam sint eiusmodi Solennitates?

De prima Solennitate, quæ requirit præsentiam Parochi, & Testium.

§. I.

Qua ratione hanc inducere Tridentinum potuit?

TAmetsi hoc explicare pertineat ad Theologos Scholasticos, breviter tamen id innuere, alienum à nobis non est.

1. Propter bonum commune, bonamque gubernationem valet potestas humana irritum reddere contractum civilem, siue ipsum contractum irritando, siue inhabiles reddendo personas ad hoc, vel illo modo contrahendum, ut defacto jus civile gessit, quando irritavit contractus Minorum initos sine Tutoris licentia, &c. & Jus Ecclesiasticum, quando irritavit Professiones Religiosas ante annum 16. ætatis, & ante annum Novitiatum emissas; ergo Potestas Ecclesiastica, in qua tesider summa auctoritas circa ea, quæ ad bonum commune, & circa gubernationem Fidelium pertinent, potuit, ad tollenda innumera scandala, quæ oriebantur ex Matrimoniis clandestinis, potuit, inquam, irritum reddere contractum Matrimonii initum sine præsentia Parochi, & Testium, irritando ipsum contractum sic celebratum, immò, & reddendo personas sibi subditas inhabiles ad contrahendum sine dicta præsentia.

Kkk Hoc

L
a Trid. sess.
24. c. 1.
de ref. ma.
4. qu.
2. 27.
3.
Sanc. lib.
matr. d.
m. 1.
Pontif.
m. 6.
anch.
m. 2.
Verric.
lib. 1. c. 4.
14.
infra.
de obli.
t. c. 4.
1.
b. infra c.
35. l. 2.
c. Boss. de
matrim.
cap. 1.
f. 32.

DUæ potissimum sunt: Altera, inducta à Tridentino, à illa est, ut Matrimonium contrahatur coram Parocho, & Testibus. Altera, à Sacris Canonibus aliàs lata, sed ab eodem Tridentino ibidem confirmata, est, ut antequam Matrimonium per verba de præsentia celebraretur, præmittantur denunciationes. Est etiam alia tertia minoris momenti solemnitas, seu cerimonia, qua Matrimonium contractum benedici à Parocho solet, & de hac etiam erit suo loco paulò inferius opportuna tractatio.

2. Inter illa autem duo priora maximum discrimen intercedit; Si enim non adsint Matrimonio Parochus, & Testes, nullum est Fidelium Matrimonium, & sine dubio graviter peccabitur: At, si non præmittantur denunciationes, peccabitur quidem modo inferius b explicando, sed validum erit matrimonium.

3. Dixi (Fidelium) nam ad Matrimonia Infidelium, quamvis temporaliter subjectorum Ecclesiæ, hæc decreta non extenduntur; unde Matrimonia Judæorum, Turcarum, & hujusmodi, nec præsentia Parochi, & Testium indigent, nec denunciationibus. Eosdem, quando jam conjugati veniunt ad fidem, non obligari ad supplendas prædictas solemnitates, rectè notat Bossius. c

Tamburini de Sacramentis.

Hoc posito sic prosequimur argumentationem, quo pacto etiam solvimus objectionem, quæ afferri contra nos potest.

3. Materia, & Forma Sacramenti Matrimonii est validus contractus inter virum, & fœminam, sed Ecclesia potest facere, ut hic contractus non sit validus juxta jam dicta, ergo potest facere, ut tunc non fiat Sacramentum Matrimonii. Id, quod non est absolutè, seu formaliter, & directè mutare materiam, & formam Sacramenti, ad quam mutationem nulla humana potestas se extendit; sed est illam mutare consequenter, & indirectè, quod nullum est inconveniens. Finge, me posse, hunc panem mutare in lapidem, jam non constabit in eo lapide Consecratio Eucharistica, & tamen tunc non dices, me absolutè mutasse Materiam Eucharistiæ, & rectè; solum enim possem dici, mutasse indirectè, & consequenter: quod certè inconveniens nullum affert. Ita proportionaliter in casu nostro, &c.

§. II.

Explicatur prima dicta Solemnitas, qua est presentia Parochi.

1. **I**ta necessaria est presentia Parochi, a *Castr. d.* dum Fidelium Matrimonia contrahuntur, ut, si fortè contrahantur coram toto p. 13. §. 8. populo, uno tamen absente Parocho, nulla n. 9. conflurgant Matrimonia. Quod verum et b *Boss. c. 1.* jam est in casu urgentissimæ necessitatis, ut, de *matr.* si expediret morti proximos conjuges Matrimonio legitime copulari, ad salvandum c *Sanc. lib.* honorem alterius, vel ad prolem legitimandam, & Parochus in loco degens, præfens d. 27. n. 4. adesse non possit. Quamvis enim aliqui *Coninc. d.* apud Castrop. a & alii apud Bossium, b qui 27. *dub. 1.* ad idem propender, censuerint, non esse nu. 11. credibile Tridentinum voluisse comprehendere casum tantæ necessitatis, unde putave- s. 6. n. 3. rint, validum tunc fore Matrimonium sine G. *Hurt. d.* Parocho; tamen communiter DD. contra- s. *de matr.* rium sentiunt, etiam si adfuerint plures Te- s. *diff. 3. n.* stes; arque cum his est omnino sentiendum; n. *Av. r.* quia verba Tridentini sunt valde uni- qu. 6. *de* versalia; & clara. Ita Sanch. c *mat. sec. 2.* aliique passim. V. *Cate-* *rum.*

Hæc dispositio, an liget ignorantes?

2. Quid, si contrahentes per ignorantiam invincibilem hoc Decretum omnino nescierent?

Respondeo, adhuc Matrimonium sine Parocho nullum fore, quia irritatio hæc Matrimonii clandestini non est pœna delicti, quam pœnam non subit ignorans, sed est dispositio legalis, quæ etiam ignorantes afficit. Lege Coninck, & alioque.

An Matrimonium sine Solemnitate initum, propria auctoritate, dissolvi queat?

3. Ex certa doctrina, quam hactenus protulimus, sequitur Primò, tuta conscientia, posse sic contrahentes, nulla ab aliquo petita venia, Matrimonium dissolvere, ubi scandalum nullum sequeretur; in hujus enim timore debet ad Judicem Ecclesiasticum recurrri, vel alio modo prudenti, occurrere scandalo. Vjde Bossium. e *Quomodo autem* obligetur alter ex conjugibus, vel restituere c *Boss. de* interesse fortè alteri illatum, vel iterum legi- cit. 8. 10. time contrahere ob copulam fortè extortam, cui non nisi legitimis Nuptiis satis fieri possit, vel ob aliam rationem, alibi f satis dictum est à nobis. s. *Lib. 7. in*

A Tridentino sublata jam sunt Matrimonia præsumpta.

4. Sequitur Secundò, jam hodie post Tridentinum sublata esse Matrimonia, sive præsumpta, sive per tacitum consensum inita, quia, cum de illo tacito, vel præsumpto consensu testari non possit Parochus, nullum semper erit ejusmodi Matrimonium, utpote sine necessaria Parochi presentia celebratum.

5. Hinc, quamvis olim, g sponitalia inter Ex *Ch.* puberes transirent in Matrimonium per co- qui *plen.* pulam subsequenter affectu maritali habi- De *spons.* tam, & quamvis sponsalia inter impuberes, lib. vel inter impuberem, & puberem transirent h *Ex c. an.* b item in Matrimonium per copulam ætate s. *Idem.* perfecta simili maritali affectu habitam, vel De *diff.* per actus alios similes, quibus juri interpretati- impub. tione explicabatur consensus de presentia m. 6. ut